



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Corcaien. Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in
perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

VV. ABBATI DE DEREFDIA,
ejusque fratribus tam presentibus quam
futuris regularem vitam professis in per-
petuum.

Epiſt. 31.
De privilegio-
rum confirma-
tione.

Religiosam vitam eligentibus &c.
usque ad verbum ordo canonicus,
qui secundum Deum & beati Augustini
regulam atque Premonstraten, fratrum
institutionem in eodem monasterio &c.,
usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum
in quo prefatum monasterium situm
est, cum omnibus pertinentiis suis, sicut
terminorum designat apposito, & mo-
lendum quod Henricus Clericus te-
nuit, cum pertinentiis suis, & decimam
pedagi de Herting, in denariis & in por-
tis, & totam decimam casei sui, praeter
unam pesam, qua ad Ecclesiam ejusdem
loci dicitur pertinere, & terram de Vura,
ex dono Henrici Hosati secundi aug-
mentum terrae & nemoris, scilicet à via
Londonien. quæ tendit de Derefordia
versus Sing. usque ad divisam Hamtesir
& Sulerxię, & capellam de Standena cum
pertinentiis suis, & xxxvj. acras terræ
in Vulgaston. & molendinum de Ha-
gedebed. cum pertinentiis suis, & de-
cimam domus suę, scilicet de pane, &
carne, & pisce, & terram quam Robertus
de Sanda tenuit cum pertinentiis suis.
Ex dono Clementiae uxoris sua assensu
Domini sui xx. sol. censuales in civita-
te Wintoniae, & terram de Albedeston.
Ex dono Iocelini fratris quondam..
Reginae unam virgatam terrę in Ec-
chtere. Ex dono W. de Braosa unum
tunellum vini rubei ad Missas celebra-
das in villa de Sorahan, & unam sal-
mam. Ex dono H. Comitis Gloë-
striæ terras quas T. de Witru. & Mat-
thæus & Robertus tenuerunt, & sede-
cim acras in effartis de Nutstede. Ex do-
no Hugonis Hosati duas virgatas terrę
in Berithon, cum pertinentiis suis. Ex do-
no Galfridi Hosati medietatem terrę
quam emit de Gualtero de Selca, in Ed-
boldinton. Ex dono Vv. de Suneuverda
unam virgatam terrę apud Holt. Ex do-
no R. de Mefnil & Iordanii de Vvalcher-
villa terram quam Reginaldus filius Vlf
tenuit in Subreton. Ex dono R. Capella-
ni de Saldeford, unum masagium in Gel-
deford. Ex dono Hugonis de Bernier
unum masagium apud Devisas. Ex dono
Vv. de Elefsteade terram de Vvihus. Ex do-
no Alani de S. Georgio quinque solidatas

redditus in manorio de Tradinchon. Ex
dono Vvalteri Hosati terram de Scar-
torp. Sanè novalium &c. Liceat quoque
vobis &c. Prohibemus insuper ut nulli
fratrum &c. Ad hæc, præsenti decreto
statuimus, ne quis vos &c. Prohibemus
insuper ut infra fines &c. In parochialib-
us autem &c. Chrisma vero &c. Lici-
tum &c. Cum autem generale interdi-
ctum &c. Sepulturam præterea &c. Pa-
ci quoque &c. Libertates &c. Decerni-
mus ergo &c. Salva sedis apost. auctori-
tate & diocesani Episcopi canonica justitia.
Si qua igitur &c. Datum Laterani
per manum Rainaldi Domini Papæ No-
tarij, Cancillarij vicem agentis, VI. Idus
Aprilis, Indictione secunda, incarnationis
dominicæ anno M CXCIX. pontifi-
catus vero Domini Innocentij Papæ
III. anno II.

CORCAIE N. EPISCOPO,
ejusque successoribus canonice substituendis
in perpetuum.

EX injuncto nobis apostolatus offi-
cio &c. *usque ad verbum* vocabulis.
Locum ipsum in quo præfata Ecclesia
sita est, cum omnibus pertinentiis suis
& libertatibus intra & extra civitatem.
Ecclesiam S. Mariae in monte, & Eccle-
siam beati Michaelis, & cœmiterium in
quo positæ sunt, & atria circumquaque
posita. Ecclesiam S. Nessani, Ecclesiam
S. Brigida, Ecclesiam S. Sepulchri, Ec-
clesiam S. Johannis in civitate, Ecclesiam
S. Trinitatis, & Ecclesiam S. Petri in ci-
vitate, cum molendino Corcaie, quod est
inter insulam & rupem, cum piscatura
Vadubgaill, & piscaturam Macmoelpoil,
& ceteras piscaturas juratas Ecclesiæ
tuę cathedrali S. Barri, Achadnanhos,
Dunculinn, Clochan, Nahulain, Duol-
es, Vchonduban, Balinagerranach, Ar-
dachad, Baliugiphan, Baliudunchada,
Lesnaedenan, Balufobedi, Cellmagim-
chrinn, Duobethieg, Lefadhbibeccam,
Celludri, Cellcroman, Cellcul, Ard-
nor, Durusguill, Cellescop, Mellan, Cel-
lescoplappan, Cellcunran, Cullecha,
Dubtulach, & alias terras S. Barri in
Vturf, & totum Vmacciar, in terris, Ec-
clesiis, aquis, & possessionibus. Terram
sancti Barri in Ciarrigi, in Ispich, cum
pertinentiis suis. Rosbech, Cellnacle-
rech, Cellimeclan, Aesgabri, Hucub-
machino, Cellinellaig, Cullen, cum per-
tinentiis suis. Nochoengbail, Cennfali,
sum

Epiſt. n.
De confirma-
tione privile-
giorum.

cum pertinentiis suis. Techsachsān, cum pertinentiis suis. In Iseoganan, Cellmoe-senoch Cellbrogan, Cellmathnain, Midisel, Achadmeleitig, Cellsinchill, cum pertinentiis suis. Techmolaggi cum pertinentiis suis, Domnachior, Cellsaeleah, Ciseicerum, cum pertinentiis suis. Infiduni cum pertinentiis suis, Magalaid, Glennberchin, Cellarchadangli, Achaddun, cum pertinentiis suis. Cellmugana, Cluamechi, Cellcillin, Cellcohi, cum suis pertinentiis. Scol cum suis pertinentiis. Celloran, Cellmolaggi, Cellmua, Durrus cum pertinentiis suis. Infscungi cum suis pertinentiis. Cellmochomoc, Cellechdach, Cellmana, Cellchatthigern, Cellmacceogam, Dramdalach, Fanlobais, Magatia, Dissaert, Saergessa, Cennech, Cluannached, Dunusci, Cennmugi, Magalaid, Disert mort cum pertinentiis suis. Disertanaeda cum pertinentiis suis. Rathen cum pertinentiis suis. Claennabur cum pertinentiis suis, cum Cennmugi, & aliis pertinentiis suis, Athbruanni, Ardmacchfaelan, Tularchrata, Cellia, Cluanpruches, Corcachbet & Archadfadda. Prohibemus insuper ne interdictos &c. Præterea libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva in omnibus apost. sedis auctoritate, & Castelen. Archiepiscopi debita reverentia. Si qua igitur &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, II. Idus Aprilis, Indictione secunda, incarnationis dominice anno M CXCIX. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno II.

**EPISCOPI ET POTESTATIS
Castellanensis ad Papam.**

Dicit. 33.
Ministrum tributum, Pontificis, quae opem potestatis adver-
sus Aretinos.

PIo Patri & Domino Innocentio divina gratia sanctæ Rom. Ecclesiæ Summo Pontifici R. Castell. Ecclesiæ humili servus, & Bonus Comes civitatis Castell. Potestas, cum ejusdem terra majoribus & minoribus, debiti obsequij devotissimum famulatum. Cum pristinâ memoriam terra nostra, immo vestra, ad patrimonium S. Rom. Ecclesiæ communia ac privato jure spectare noscatur, & nuper sanctitatis vestra sollicita cura antiqua statuta inde sint innovata, dignum duximus ad præsens debitum canonem, scilicet per unamquamque domum de-narium, colligere, & in signum nostræ fidei per præsentium latorum nobilem

virum ad pedes vestræ sanctitatis dirige-re: cuius facti humilis devotione nos corroborat, & in quibus indigemus à sancti-tate vestra protectionem querere confor-tat. Aretini cives, nobis aliis proximi-mores, Castellan. episcopatus fines in-vadere conantur; & cum Marchionibus confederati, qui contra præceptum ve-strum de destructione montis sanctæ Ma-riæ acriter doluerunt, aliud castrum Ca-stellan. Ecclesiæ expugnare, & memo-ratum montem post Pascha reficere or-dinaverunt. Subveniat ergo famulis suis vestre sanctitatis benignitas, & jamdi-ctos Aretinos ab hujusmodi vexationi-bus imperiosè compescat; & adjacentes vicinos, scilicet Perusinos, & Massianos, ut nobis subveniant, vestræ paternitatis providentia, si placet, inducat.

E B R E D V N E N . A R C H I E P I S C .

Sicut nobis tua fraternitas suis literis intimavit, cum bona memoria C. Papa prædecessor noster tibi & ven. fra-tribus nostris Dignen. & Senecen. Episcopis dedisset firmiter in mandatis ut pro enormibus quæ sibi de Vencien. Episco-po fuerant nuntiata, ipsum, si rei veritas taliter se haberet, ab officio beneficiique suspensum, ad sedem apostolicam mitteretis, vos diligenter quæ vobis injuncta fuerant exequentes, cum illis & deterioribus præfatum Episcopum invenieritis maculatum, præcepistis eidem ut suspensus apostolico se conspectui præsentaret: qui neque ad Ecclesiam Romanam accessit, neque propter suspensionem episcopatum desuit ordinare. No-lentes autem ut quæ, de mandato maxi-mè apostolicae sedis, à venerabilibus fra-tribus nostris rationabiliter disponun-tur, alicujus debeat temeritate convelli, fraternitati tuæ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus quatenus præfatum Episcopum, qui suspensi-onis sententiam in se latam observare contempsit, excommunicatum publicè nunties, & facias ab omnibus arctius evi-tari, donec ad præsentiam nostram cum tuarum testimonio literarum accedat redditurus, si poterit, de suis actionibus rationem, cui, volente Domino, in nostra & fratrū nostrorum præsentia sua ju-stitia respondebit. Datum Laterani VI. Idus Aprilis.

Epif. 34.
Vt Venciensem
Episcopum pu-
blicè excom-
municatum
denuntiet.



Y y